Oratio.

DEUS, qui nos hodiérna die Exaltatiónis sanctæ Crucis ánnua solemnitáte lætíficas : præsta, quæsumus, ut cujus mystérium in terra cognóvimus ℣ ejus redemptiónis in cælo præmia consequámur : Per eúmdem.

IN II. VESPERIS.

Ad Magnif. Ant. viij. toni.

DIE XV. SEPTEMBRIS.

IN COMMEMORATIONE S. P. N. DOMINICI C. IN SURIANO.

TOTUM DUPLEX.

Omnia (præter Memorias S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis V. et S. Urbani P. ac M.) fiant ut in Translatione S. P. N. Dominici, die xxv. Maii.